

25. *Miriosillo serpegiante non pennato* Op. post. 1. p. 16. tab. 12. f. 26.
MS. 2. p. 45. tab. 46. cum specim. agglut. Est *Sertularia Pluma* Syst. nat. ed. 12. p. 1309. ramis rectis.
26. *Miriosillo pennato di seconda specie* Op. post. 1. p. 16. t. 12. f. 27.
MS. 2. p. 57. tab. 24. cum specim. agglutin. Est eadem *Sertularia Pluma* L. ramis falcatis, et sine ovariis.
- Miriosillo pennato della medesima specie minore, il quale è elegantemente ramoso* Op. post. 1. p. 17. MS. 2. p. 61. tab. 27. cum specim. agglut. Est eadem *Sertularia Pluma* L. ramis falcatis, et cum ovariis.
27. *Tamarisciola* Op. post. 1. tab. 12. f. 28. *Tamarisciola dell' Adriatico*
MS. 2. p. 77. tab. 39. bis, cum specim. agglutin. Est *Tubularia ramosa* Syst. nat. ed. 12. p. 1302.
28. **Savaglia** Op. post. 1. p. 17. tab. 13., et 14. MS. 2. p. 93. tab. 42. cum icone. In museo extat tantum exemplar decorticatum, unde tab. 13. Op. posth. desumpta. Ex speciminibus hujus stirpis probè ad servatis in museo historiae naturalis Archigymnasii Bononiensis affirmare possum eam tegi cortice, et quidem insigni, veluti optimè representatur a Ginanno Op. post. tab. 14.; ideo pertinet ad Gorgonias, nec ad Antipathes, ut Esperus, et Lamarckius erronè putarunt ejus fulcrum sine cortice tantum observantes. Linnaeus in Syst. nat. ed. 12. p. 1291. consudit ejus synonyma cum illis *Gorgoniae antipathes*, Oceani Indici incolae, et omnino diversae, ut bene animadverterat Pallasius Elench. zooph. p. 194. in notis. Hacc enim gaudet ramis adscendentibus, attenuatis usque in setaceae tenuitatis virgas, et ubique poris magnis. Hinc nostram sic descriptione ex speciminibus Bononiensibus desumpta sistendam censeo.

GORGONIA *Savaglia*: fruticans, dichotoma, flexuosa, ramis divaricatis, ramulisque crassis; cortice cinereo-fusco, verrucis ovatis, magnis, sparsis, poris subsimplicibus, coarctatis.

Savaglia *Ginann.* Op. post. 1. p. 17. tab. 13. et 14. Optimae.

Antipathes glaberima *Esp.* *Pflanzenth.* 2. p. 160. tab. *Antip.* 9., ubi fulcrum decorticatum exhibetur. *Lamarck. Hist. nat. des anim. sans vertebr.* 2. p. 306. n. 2.

Habitat in mari Mediterraneo ad Ragusam. *Mus. Ginann.*, et *Archigym. Bononn.*

Truncus saepe valde *crassus*. Fulcrum dichotomum, flexuosum, ramis divaricatis, ramulis quoque crassis, interdum inter se se confluentibus, nigerrimum, levissimum, nitens. Cortex in veteri stirpe cinereo-fuscus, undique adspersus verrucis ovatis, insignibus, facile in sicco deciduis, apice poro vix sensibili, subsimplici pertusis. Autoptae exactius ex vivo describant hanc speciem.

29. *Abete marino di Teofrasto* Op. post. 1. p. 17. tab. 15. fig. 30. MS. 2. p. 103. tab. 104. cum speciminibus agglutinatis. Est *Fucus Abies* Bert. Opuc. Scien. di Bol. tom. 2. p. 288. tab. X. fig. 2. α .

ANTONII BERTOLONII

M E D . D O C T .

IN ARCHIGYMNASIO BONONIENSI BOTANICES PROFESSORIS

ACAD. ITAL. ET R. SCIENT. ACAD. GEN. SOC. ORDIN.

R. SCIENT. ACAD. TAURIN. SOC. EXT.

AMOENITATES ITALICAE

SISTENTES

OPUSCULA AD REM HERBARIAM

E T

ZOOLOGIAM ITALIAE SPECTANTIA.



BONONIAE



TYPIS ANNESII DE NOBILIBUS

AN. MDCCXIX.